



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De ancilla sacerdotis, quae gratia Dominici corporis sensu[m] recepit, cap.
50.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

ANno præterito in Wide ciuitate Westualie, cum ancilla sacerdotis de domo seò exeret, & diabolus in forma cuiusdam, a quo amabatur, conspiceret, aspectu illius horrens, se signauit, & monstrum mox disparuit. Cui diabolus iterum apprensus ait; Si non fecisses hoc signum, domum viam non intrasses; quam cum vocaret, & illa exire tenueret, subiunxit; Tolle vestem istam, erat enim stragulata. Quæ tam in voce quam in horrore diabolus intelligens, retrorsum cecidit, & sensum penitus amisit. Sacerdos verò hostiam, quasi pro remedio, mittenti in os eius non benedictam, cum nihil ei prodesset, digito saliuâ madefacto, corpus Domini tetigit; quæ cum in os misisset mulieris, mox illa sensum recepit, locuta est, & sana surrexit. Hæc apud nos Canonicus quidam Pramonstratensis recitauit, serens se eodẽ tempore fuisse in prædicta ciuitate. Prædictum miraculum audiui a quodam religioso Abbate nigri ordinis. Aduerte nunc quantum consequantur honores Christi corpus honorantes.

CAPVT LI.

*Honorã
tes S. Eu-
charistia
honorem
consequi
sur.*

Tempore schismatis inter Philippum & Ottonem, dominus Wido Cardinalis, aliquando Abbas Cisterciensis, cum missus fuisset Coloniã ad confirmandum electionem Ottonis, bonam illic consuetudinem instituit: præcepit enim, vt ad eleuationem hostiæ, omnis populus in ecclesia ad sonitum nolæ veniam peteret, sicque vsque ad calicis benedictionem prostratus iaceret. Præcepit etiã idem Cardinalis, vt quotiens deferendum esset ad infirmum, scholaris siue campanarius sacerdotem præcedens, per nolam illud proderet; sicque omnis populus, tam in stratis quam in domibus, Christum adoraret. Retulit eis eodem tempore casum satis miraculosum. Miles quidam in Francia fuit tantæ deuotionis, vt quotiescunque Christi corpus eleuari siue deferri videret, prostratus illud adoraret. Contigit vt die quadam vestibis suis pretiosis indutus intraret

ciuita-